

PIIS MANIBUS

B A U M G A R -  
T I A N I S ,

S.



Erra petit terram , Cœlum cœlestē  
reposcit,  
Sicqve decet Justum reddere cuique  
suum.

Vos, qvi lugetis, nimium ne ducite planctus,  
Ultima qvi solvit debita liber ovat:  
Liber ovat mundi ridens juga splendida vani,  
Qveis premitur qvisqvis liber in orbe cluit.  
O mihi ter miserum! qvod mundus Nobile dicit,  
Cui pater est servus, forsan avusqve fuit.  
Qvid? servamne putas animam qvam vincula torquent?  
Vincula mortali non redimenda manu:  
Qvæ decies hora surgit deciesqve retracta  
Lascivæ carnis mole gravata ruit.  
En! ergo liber vere est, qvi pondere dempto  
Novit inoffenso tendere ad astra pede.  
Sic equidem: tamen est mors immatura dolenda  
Patris , cui curæ Curia fracta fuit.  
Curia namqve cui, cui publica commoda curæ  
Sint, o qvam raro ! hæc frigida secla ferunt.  
Friget amor Patriæ, proprius calet undiqve **Confus**,  
Nec memor alterius, nec memor ipse <sup>vid. in fin.</sup> sui.  
Scilicet haud satis est gressus glomerare superbos,  
Stentoreoqve humiles angere posse sono:  
Hoc opus, hic labor est, superas educere ad auras  
Urbem, qvam Stygiis fors mala mersit aqvis.

Her-

Herclē! nihil prodest emēdicata Tiara,  
Cum fugit esse Virum, cum fugit esse bonum.  
Consuetum funus quis barbarus invidet hostis?  
Sunt tamen insuetus quæ \* copiata rapit  
Corpora, quæ nunquam facinus fœdaverat ullum,  
Ullum quod vetuit, justa sepulchra dari.  
Talia sunt, gladio Nemesin quæ vindice cingunt,  
Quæque fugant patrio Numina sancta foco.  
Hæc querimur miseri, sed Te mortalibus umbris  
BAUMGARTI, ereptum, non ferit ille dolor.  
Sternis ab excella FELIX BURGGRABIUS arce,  
In qua divino Nectar ab ore bibis:  
Sternis despecto ludentem pulvere Gentem,  
Quæque super bulla prælia bulla movet.  
Nil Tibi cum nostris, Divum dignate SENATU,  
Curis, qui titulo splendidiore nites.  
Ergo salve & ave tanta statione beate  
CONSUL! salve & ave, perpetuoque vale!

\* Vid. nov. 59. cap. 2. ibique Dionys. Gothofr.

Memoriae observantiae que ergo apposuit  
PHILIPPUS RICHARDUS SCHROEDERUS,  
U. J. D. & P. P. Acad. Regiom. *Thorunca*.

**S**ch leynder ja! es ist der edle Baum gefallen /  
Gefallen / ausgeblüht / verborret / weggeschafft :  
Der ein lebend' ger Schutz und Schatten war bey allen/  
Dem fehlt das edelste / der eigne Lebens - Safft.  
Ach leynder Ja! es ist der angenehme Garten  
Der vor ein Eden war nun eine Wüsteney/  
Wolt man von seinem Bau noch viele Freud erwarten /  
So hört er auf / und lehrt daß alles nichtig sey.  
Betrübte Trauer-Post! die diese Zeitung brachte/  
Ein schwarzes Siegel war der erste Schmerzens - Both /  
Und der Begriff der Schrift an welchen man nicht dachte  
War dieser: Herr Johann Baumgarten Ach ist todt.  
Ach! daß sein Schutz und Schirm noch länger hät gedauert  
Ach! daß sein treuer Rath wird durch den Todt zernicht.  
Wie billig wird sein Fall von Bürgern sehr betrauret /  
Wie recht beklaget Ihn das Culmische Lands - Gericht.  
Betrübter Wittwen Stand! Betrübter Wäyzen - Orden!  
In den durch eines Tods der Garten ist verkehrt /

In den des Baumes Ast zum Leyd versehet worden/  
Glaubt, daß nun niemand Euch den Thränen-Guß verwehrt.  
Doch glaubt auch daß es nicht von ohngefehr geschchen/  
Denn Gottes Willens Rath hat alles gut gemacht/  
Sein Aug hat dessen Fall zu Eurem Wohl gesehen/  
Das Leyden bringet Freud. Der Tag folgt auf die Nacht.  
Er als der Gärtner hat den edlen Baum gefällt/  
Und nun wird Er geziert mit einer schönen Crohn  
Da Ihm zum Garten schon ein andrer Grund bestellet.  
Doch was; ist Er den Todt? Nein / Er lebt in dem Crohn.

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS Baumgarten/  
Theol. Stud.



Vis mihi præclusam laxabit Castalis undam?  
Qvam resuam in lacrumas luctus acerbus agit:  
Luctus inopinus tantoqve minacior illi,  
Cujus adhuc fragilis Musa juvanda venit.  
Musa juvanda venit, sed qvis Genitore putandus  
Aeqvior? hunc prædam mors rapit atra suam.  
Eheu! me miserum! frustra suspiria duxi,  
Rejicit iratus vota precesqve DEus.  
Nil gemuisse juvat, ceu turtur plangit ab ulmo,  
Daulias & rapti fata querens Ityli.  
Non Te, CHARE PARENTS, texit pietasqve, fidesqve,  
Nec qvod Te Consus dixerat esse suum. *Consiliorū deo.*  
Ecqvid agam? accusem Coeli decreta tonantis?  
Hoc foret in summum bella movere Patrem.  
Ecqvid agam? pectus lacerem rodamqve medullas?  
Hoc violare foret, dogmata, Christe, Tua.  
Ergo nixa DEo sortem spes sustinet orbam;  
Tutius est fato sic obedire suo.  
Interea gratus semper tua Busta verebor  
O dulcis GENITOR, pars animaqve meæ!  
Tu solare, DEus, MATREM, succurre relicta  
Et sana vulnus, qvod tua dextra dedit.  
Fac, credat, tandem per tristia nubila vectis  
Alternas reddet Phœbus ab axe vices.

Mæstus ex Helicone Regiomontano perscribebat  
Filius unicus.

JACOBUS FRIDERICUS Baumgarten/  
LL. Stud.

113662